et quies data hominibus	et le repos fut donné aux hommes
fessis muniendo;	fatigués en parcourant le rocher;
inde descensum est triduo	de là on descendit pendant trois-jours
ad planum,	vers la plaine,
locis et ingeniiis accolarum	les lieux et les caractères des habitants
jam mollioribus.	étant déjà plus doux.
XXXVIII. Perventum est	XXXVIII. On arriva
in Italiam	en Italie
maxime hoc modo,	en-général de cette manière,
ut quidam auctores sunt,	comme quelques-uns sont auteurs (le
quinto mense	le cinquième mois [disent],
a Carthagine Nova,	à-partir-de Carthagène,
Alpibus superatis	les Alpes ayant été franchies
quinto decimo die.	le quinzième jour.
Nequaquam constat,	Il n'est nullement reconnu
inter auctores	entre les auteurs
quantæ copię	combien-de troupes
fuerint Hannibali	furent à Annibal
transgresso in Italiam.	ayant passé en Italie.
Qui scribunt plurimum,	Ceux qui écrivent le plus (au maximum)
fuisse	écrivent avoir été
centum millia peditum,	cent milliers de fantassins,
viginti equitum;	vingt milliers de cavaliers;

fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime me auctor moveret, nisi confunderet numerum Gallis Liguribusque additis; « cum his octoginta millia peditum, decem equitum adducta » (in Italia magis affluxisse veri simile est, et ita quidam auctores sunt); « ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse. » Taurini sane Galli proxima gens erat in Italiam degresso; id cum inter omnes constet, eo magis miror ambigi quam Alpes transierit, et vulgo credere Pœnio (atque inde nomen ei jugo Alpium inditum) transgressum, Cœlium per Cremonis jugum dicere transisse; qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per Salassos Montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec veri simile est eam ad Galliam patuisse itinera; utique quæ ad Pœninum ferunt obsæpta gentibus semigermanis fuissent. Neque, hercule, montibus his, si quem forte id movet, ab transitu Pœno-

vingt mille chevaux; la plus faible, vingt mille fantassins et six mille cavaliers. L. Cincius Alimentus, qui dit avoir été prisonnier d'Annibal, me semblerait faire autorité sur ce point, s'il ne faisait pas confusion sur le nombre en y ajoutant des Gaulois et des Liguriens. Si on les compte, quatre-vingt mille fantassins et dix mille chevaux pénétrèrent en effet en Italie; mais tout porte à le croire, et plusieurs historiens en font foi, ce nombre fut le résultat d'une jonction de troupes nouvelles. Cincius, il est vrai, affirme avoir entendu dire à Annibal lui-même que depuis le passage du Rhône il avait perdu trente-six mille hommes, outre un grand nombre de chevaux et autres bêtes de somme. Les Taurins, tribu gauloise, furent le premier peuple qu'il rencontra à sa descente en Italie; et comme tous les historiens sont d'accord sur cette circonstance, je m'étonne de l'incertitude où l'on est sur le point où Annibal passa les Alpes, et de l'opinion commune qui le fait passer par les Alpes pennines, lesquelles devraient leur nom à ce passage. Cœlius dit qu'il passa par le mont de Crémone; mais alors, les deux défilés qui bordent ce pic l'auraient conduit, non plus chez les Taurins, mais chez les Gaulois Libuens, en traversant le pays des Salasses, habitants des montagnes. Il n'est pas d'ailleurs vraisemblable qu'il eût pu gagner par là la Gaule cisalpine, car toutes les approches des Alpes pennines lui eussent été fermées par des peuples demi-germans. Une preuve

qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui scribit se captum ab Hannibale, moveret me maxime auctor, nisi confunderet numerum Gallis Liguribusque additis; « cum his octoginta millia peditum, decem equitum adducta » (est veri simile magis affluxisse in Italia, et quidam sunt auctores ita); « audisse autem ex Hannibale, amisisse postquam transierit Rhodanum, hominum triginta sex millia ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum. » Gens proxima degresso in Italiam erat sane Galli Taurini; cum id constet inter omnes, miror eo magis ambigi quam Alpes, et credere vulgo transgressum Pœnio (atque inde nomen inditum ei jugo Alpium), Cœlium dicere transisse per jugum Cremonis; qui saltus deduxissent ambo eum non in Taurinos, sed per Salassos montanos ad Gallos Libuos. Nec est veri simile ea itinera ad Galliam patuisse tum; utique quæ ferunt ad Pœninum obsæpta fuissent. gentibus semigermanis. Et si forte id movet quem,

ceux qui évaluent le-plus-faiblement, écrivent vingt milliers de fantassins, six milliers de cavaliers. L. Cincius Alimentus, qui écrit lui avoir été pris par Annibal, toucherait moi le-plus comme garant, s'il n'embrouillait le nombre les Gaulois et les Ligures étant ajoutés; « avec ceux-ci quatre-vingts milliers de fantassins, dix milliers de cavaliers furent amenés, » (il est vraisemblable davantage être accourus en Italie, et quelques-uns sont auteurs ainsi (le prétendent); « mais Cincius affirme avoir entendu d'Annibal, lui-même avoir perdu après qu'il eut traversé le Rhône, trente-six milliers d'hommes et un grand nombre de chevaux et d'autres bêtes-de-somme La nation la-plus-proche à lui étant descendu en Italie était certes les Gaulois Taurins; puisque cela est évident parmi tous, je m'étonne d'autant plus être douteux par-quel-côté il traversa les Alpes, et croire ordinairement avoir traversé aux Alpes Pennines (et de là le nom avoir été donné à cette chaîne des Alpes), Cœlius dire Annibal avoir traversé par la hauteur de Crémone, lesquels défilés auraient mené tous-deux lui non chez les Taurins, mais par les Salasses des-montagnes chez les Gaulois Libuens. Et il n'est pas vraisemblable ces chemins vers la Gaule avoir été ouverts alors; en-tout-cas ceux-qui conduisent aux Pennines auraient été barres par des peuplades demi-germanes Et si par-hasard cela touche quelqu'un,

rum ullo Seduni et Veragri, incolæ jugi ejus, nomen ferunt inditum, sed ab eo quem, in summo sacratum vertice, Pœninum montani appellant.

XXXIX. Peropportune ad principia rerum Taurinis, proximæ genti, adversus Insubres motum bellum erat. Sed armare exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio esset, in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala, non poterat : otium erat enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie et tabe ; quæ squalida et prope efferata corpora varie movebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, cum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Atilioque accepto tirone et in novis ignominiiis trepido, ad Padum festinandi, ut cum hoste nondum refecto manus consereret. Sed, cum Placentiam consul venit, jam ex stativis moverat Hannibal Taurinorumque

décisive contre l'opinion qui se fonde sur le nom de Pennines, c'est que les Séduniens et les Véragnes, habitants de ces montagnes, n'ont pas connaissance qu'elles aient dû leur nom à un passage quelconque des Carthaginois : elles furent ainsi appelées d'un dieu adoré sur leur sommet, et que les montagnards appellent Pœninus.

XXXIX. Fort à propos pour le début des opérations, Annibal trouva les Taurins en guerre avec les Insubres, leurs voisins. Offrir son armée à l'un des deux partis, il ne le pouvait ; car, dans les premiers instants du repos, elle se ressentait cruellement des maux qu'elle avait soufferts. En effet, le passage de la fatigue au repos, de la disette à l'abondance, de la plus affreuse saleté à la propreté, éprouvait de façons diverses le tempérament de ces hommes, défigurés et presque semblables à des sauvages. Ce motif même détermina le consul P. Cornélius à se hâter. Aussitôt débarqué à Pise, à peine eut-il reçu de Manlius et d'Atilius une armée de nouvelles recrues, encore consternées d'un récent échec, qu'il marcha vers le Pô pour combattre l'ennemi avant qu'il eût réparé ses forces. Mais, quand le consul arriva à Plaisance, Annibal avait déjà levé son camp et pris

hercule, Seduni et Veragri, incolæ ejus jugi, ferunt nomen non inditum his montibus ab ullo transitu Pœnoram, sed ab eo quem montani appellant Pœninum, sacratum in summo vertice.

XXXIX. Peropportune ad principia rerum bellum erat motum Taurinis, genti proximæ, adversus Insubres. Sed Hannibal non poterat, ut esset auxilio alteri parti, armare exercitum, sentientem maxime in reficiendo mala contracta ante : otium enim erat ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie et tabe ; quæ movebant varie corpora squalida et prope efferata. Ea causa fuit consuli P. Cornelio, cum venisset Pisas navibus, exercitu tirone accepto a Manlio Atilioque et trepido in novis ignominiiis, festinandi ad Padum ut consereret manus cum hoste nondum refecto. Sed, cum consul venit Placentiam, jam moverat ex stativis expugnatæque vi unam urbem Taurinorum, caput ejus gentis quia non veniebant

par Hercule, les Séduniens et les Véragnes, habitants de cette hauteur, rapportent le nom n'avoir pas été donné à ces montagnes de quelque passage des Carthaginois, mais de celui que les montagnards appellent Pœninus, vénéré sur le plus haut sommet.

XXXIX. Très-opportunément pour les débuts des événements une guerre avait été allumée pour les Taurins, nation la plus-proche, contre les Insubres. Mais Annibal ne pouvait pas, pour qu'elle fût à secours à l'un-des partis faire-prendre-les-armes à l'armée, sentant surtout en reprenant-ses-forces les maux contractés auparavant ; car le repos était au-sortir-de la fatigue, l'abondance au-sortir-de la disette, le soin du corps au-sortir-de la malpropreté et de l'humidité ; choses-qui éprouvaient diversement des corps malpropres et presque rendus-sauvages Cette cause fut au consul P. Cornélius, lorsqu'il fut venu à Pise sur des navires, une armée novice étant reçue de Manlius et d'Atilius et tremblante à-cause-de récentes hontes, de se hâter vers le Pô pour qu'il en vint-aux-mains avec un ennemi non-encore refait. Mais, quand le consul arriva à Plaisance, déjà il s'était-mis-en-mouvement hors du campement et avait emporté par la force une ville des Taurins, capitale de cette peuplade, parce qu'ils ne venaient pas

unam urbem, caput gentis ejus, quia volentes in amicitiam non veniebant, vi expugnarat; et junxisset sibi non metu solum, sed etiam voluntate Gallos accolas Padi, ni eos circumspectantes defectionis tempus subito adventu consul oppresisset. Et Hannibal movit ex Taurinis, incertos quæ pars sequenda esset Gallos præsentem secuturos esse ratus. Jam prope in conspectu erant exercitus conveniantque duces, sicuti inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Hannibalis et apud Romanos jam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat, et Scipionem Hannibal eo ipso quod adversus se dux potissimum lectus esset præstantem virum credebat; et auxerant inter se opinionem, Scipio, quod, relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali, Hannibal et conatu tam audaci trajiciendarum Alpium et effectu.

Occupavit tamen Scipio Padum trajicere, et ad Ticinum

d'assaut la capitale des Taurins, qui ne consentaient pas à devenir ses alliés. La crainte même ou l'affection allait gagner à son parti les Gaulois riverains du Pô, si, au moment où ils épiaient l'occasion de se séparer de Rome, l'arrivée soudaine du consul ne les eût arrêtés. Annibal quitta alors le pays des Taurins, persuadé que sa venue soulèverait les Gaulois encore indécis. Déjà les deux armées étaient presque en présence; les deux généraux, sans se connaître encore parfaitement, avaient d'avance l'un pour l'autre une certaine admiration. En effet, le nom d'Annibal était déjà bien connu à Rome, même avant le siège de Sagonte; et Scipion était regardé par Annibal comme un homme supérieur, par cela même qu'il avait été spécialement choisi pour le combattre. Cette estime mutuelle, ils y avaient encore ajouté, Scipion en venant chercher en Italie Annibal qui lui avait échappé dans la Gaule; Annibal, en concevant le hardi dessein de franchir les Alpes et en l'exécutant.

Scipion se hâta cependant de traverser le Pô, et vint camper auprès

volentes
in amicitiam;
et junxisset sibi
non solum metu,
sed etiam voluntate
Gallos accolas Padi,
ni consul oppresisset
adventu subito
eos circumspectantes
tempus defectionis.
Et Hannibal movit
ex Taurinis,
ratus Gallos incertos
quæ pars esset sequenda
secuturos esse præsentem
Jam exercitus
erant prope in conspectu
ducesque conveniant,
sicuti nondum satis noti
inter se
ita jam uterque imbutus
quadam admiratione
alterius.
Nam nomen Hannibalis
erat jam celeberrimum
apud Romanos
et ante excidium Sagunti,
et Hannibal credebat
Scipionem
virum præstantem
eo ipso quod
lectus esset potissimum
dux adversus se;
et auxerant inter se
opinionem,
Scipio, quod,
relictus in Gallia
fuerat obvius Hannibali
transgresso in Italiam,
Hannibal
et conatu tam audaci
Alpium trajiciendarum
et effectu.
Scipio tamen occupavit
trajicere Padum,
et castris motis
ad animum Ticinum,
priusquam educeret
in aciem,
exorsus est talem orationem

le voulant (volontiers)
dans l'amitié;
et il aurait uni à lui
non seulement par la crainte,
mais aussi par la volonté
les Gaulois riverains du Pô,
si le consul n'avait surpris
par son arrivée subite
eux épiait
le moment de la défection.
Et Annibal s'éloigna
des Taurins,
persuadé les Gaulois incertains
lequel parti était devant être suivi
devoir suivre celui qui serait présent.
Déjà les armées
étaient presque en-présence
et les généraux s'étaient rencontrés,
de-même-que pas-encore assez connus
entre eux
ainsi déjà l'un-et-l'autre rempli
d'une certaine admiration
de l'autre.
Car le nom d'Annibal
était déjà très-célèbre
chez les Romains
même avant la ruine de Sagonte,
et Annibal croyait
Scipion être
homme remarquable
par cela même que
il avait été choisi de-préférence
comme général contre lui;
et ils avaient augmenté entre eux
cette opinion,
Scipion, parce que,
laissé en Gaule
il avait été à-la-rencontre d'Annibal
ayant passé en Italie,
Annibal
et par l'entreprise si audacieuse
des Alpes devant être traversée
et par l'exécution de ce plan.
Scipion cependant prit-l'initiative
de traverser le Pô,
et le camp étant levé
dans-la-direction-du fleuve Tésin,
avant qu'il amenât l'armée
sur le champ de bataille,
il commença un tel discours

amæni motis castris priusquam educeret in aciem, adhortandorum militum causa talem orationem est exorsus :

XL. « Si eum exercitum, milites, educerem in aciem quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud vos : quid enim adhortari referret aut eos equites qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregie vicissent, aut eas legiones cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus confessionem cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui ? Nunc, quia ille exercitus, Hispaniæ provinciæ scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit, ego, ut consulem duces adversus Hannibalem ac Pœnos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli, novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. Ne genus belli neve hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum quos terra marique priore bello vicistis, a quibus stipendium per

du Tésin ; mais, avant de ranger ses troupes en bataille, il les harangua en ces termes pour animer leur courage :

XL. « Soldats, si je menais au combat l'armée que j'avais naguère en Gaule, tout discours eût été superflu. A quoi bon, en effet, exhorter cette cavalerie qui a glorieusement battu la cavalerie ennemie sur les bords du Rhône, ou ces légions devant lesquelles a fui ce même ennemi, me laissant, à défaut d'une victoire, l'aveu de son infériorité et de son effroi. Mais puisque aujourd'hui, cette armée, enrôlée pour la province d'Espagne, y fait, avec mon frère Cnéius, la guerre sous mes auspices, conformément aux ordres du sénat et du peuple romain, j'ai voulu qu'un consul vous conduisit contre Annibal et les Carthaginois. Aussi suis-je venu de moi-même soutenir cette lutte qui va s'engager ici. Général nouveau pour vous, je dois adresser quelques mots à des soldats nouveaux pour moi. Et d'abord, sachez bien quelle est cette guerre, quel est cet ennemi. C'est celui, soldats, que vous avez vaincu sur terre et sur mer dans la campagne précédente ; à qui vous avez imposé un tribut

causa militum	dans le but des soldats
adhortandorum :	devant être exhortés :
XL. « Milites,	XL. « Soldats,
si educerem in aciem	si j'amènerais au combat
eum exercitum	cette armée
quem habui mecum in Gallia,	que j'ai eue avec moi en Gaule,
supersedissem	je me serais abstenu
loqui apud vos :	de parler devant vous :
quid enim referret adhortari	car en-quoi importerait-il d'exhorter
aut eos equites	ou ces cavaliers
qui vicissent egregie	qui ont vaincu brillamment
equitatum hostium	la cavalerie des ennemis
ad flumen Rhodanum,	près du fleuve Rhône,
aut eas legiones cum quibus	ou ces légions avec lesquelles
secutus hunc hostem ipsum	ayant suivi cet ennemi lui-même
fugientem	fuyant
habui pro victoria	j'ai eu à la place de la victoire
confessionem cedentis	l'aveu de celui-qui-cède
ac detrectantis certamen ?	et qui-refuse le combat ?
Nunc,	Maintenant,
quia ille exercitus,	parce que cette armée,
scriptus	enrôlée
provinciæ Hispaniæ,	pour la province d'Espagne,
gerit rem	engage l'action (lutte)
cum fratre Cn. Scipione	avec mon frère Cn. Scipion
meis auspiciis	sous mes auspices
ibi ubi senatus	là où le sénat
populusque Romanus	et le peuple romain
voluit eum gerere,	a voulu elle agir,
ut haberetis	afin que vous eussiez
consulem duces	un consul comme général
adversus Hannibalem	contre Annibal
ac Pœnos,	et les Carthaginois,
ego ipse obtuli me	moi-même j'ai offert moi
huic certamini voluntario,	à ce combat volontaire,
pauca verba	quelques paroles
sunt facienda	sont devant être faites (prononcées)
novo imperatori	au (par le) nouveau général
apud novos milites.	devant de nouveaux soldats.
Ne ignoretis	Pour que vous n'ignoriez pas
genus belli	le genre de guerre
neve hostem,	ni l'ennemi,
est pugnandum vobis,	il est devant être combattu par vous
milites,	soldats,
cum iis quos vicistis	avec ceux que vous avez vaincus
bello priore	dans la guerre précédente
terra marique,	sur terre et sur mer,
a quibus	desquels
exegistis stipendium	vous avez exigé un tribut
per viginti annos,	pendant vingt ans,

viginti annos exegistis, a quibus capta belli præmia Siciliam ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi quia audent, sed quia necesse est pugnaturi sunt; nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, quia plures pæne perierint quam supersint, plus spei nactos esse. « At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. » Effigies immo, umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque; ad hoc præusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaque arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedito pugnaturi estis; reliquias extremas hostium, non hostem, habetis, ac nihil magis vereor

pendant vingt années; à qui vous avez enlevé la Sicile et la Sardaigne, trophées de vos victoires. Dans cette lutte, chaque armée apporte un esprit différent; l'une, celui qui anime les vainqueurs; l'autre, celui des vaincus. S'ils vont livrer bataille aujourd'hui, ce n'est pas par confiance, c'est par nécessité; à moins que vous ne pensiez qu'une armée qui a refusé le combat, étant encore entière, ait retrouvé confiance aujourd'hui, quand elle a perdu, dans le passage des Alpes, les deux tiers de sa cavalerie et de son infanterie, en un mot, plus d'hommes qu'il ne lui en reste. En effet, dira-t-on, ces soldats sont peu nombreux, mais ils ont une telle énergie de corps et d'âme que nulle force ne saurait leur résister. Non: ce sont des fantômes, des ombres d'hommes, des corps épuisés par la faim, le froid, une saleté hideuse, meurtris et mutilés par les pierres et les rochers. Ils ont les articulations gelées, les nerfs raidis par le froid, les membres glacés et paralysés: ils n'ont que des armes disloquées et brisées, des chevaux boiteux et hors de service. Telle est la cavalerie, telle est l'infanterie que vous allez avoir à combattre: ce sont les derniers restes de l'ennemi, ce n'est pas l'ennemi lui-même. La seule chose que je crains, c'est qu'on ne dise

a quibus habetis
Siciliam ac Sardiniam
præmia capta belli.
In hoc igitur certamine
is animus erit vobis illisque
qui solet esse
victoribus et victis.
Et nunc illi
non sunt pugnaturi
quia audent,
sed quia necesse est;
nisi creditis
eos qui detrectavere pugnam
exercitu incolumi,
duabus partibus
peditum equitumque
amissis in transitu Alpium,
nactos esse plus spei.
quia pæne plures
perierint
quam supersint.
« At enim
sunt pauci quidem
sed vigentes
animis corporibusque,
quorum ulla vis
possit vix sustinere
robora ac vires. »
Imo effigies,
umbræ hominum,
enecti fame, frigore,
illuvie, squalore,
contusi ac debilitati
inter saxa rupesque;
ad hoc
artus præusti,
nervi rigentes nive,
membra torrida gelu,
arma quassata fractaque,
equi claudi ac debiles.
Estis pugnaturi
cum hoc equite,
cum hoc pedito;
habetis
extremas reliquias hostium,
non hostem,
ac vereor nihil magis
quam Alpes,
cum vos pugnaveritis,
ne videantur

desquels vous avez
la Sicile et la Sardaigne
récompenses enlevées de la guerre
Donc dans cette lutte
cet esprit sera à vous et à eux
qui a coutume d'être
aux vainqueurs et aux vaincus.
Et maintenant ceux-là
ne sont pas devant combattre
parce qu'ils osent,
mais parce qu'il est nécessaire;
à-moins-que vous ne croyez
ceux qui refusèrent le combat
l'armée étant saine-et-sauve,
deux parties (deux tiers)
des fantassins et des cavaliers
ayant été perdues au passage des Alpes,
avoir trouvé plus d'espérance,
parce que presque plus-d'hommes
ont péri
que survivent (qu'il n'en reste).
« Mais cependant
ils sont peu-nombreux à-la-vérité.
mais vigoureux
d'âmes et de corps,
desquels aucune force
pourrait à-peine soutenir
l'énergie et les forces. »
Bien-plus ce sont des images,
des ombres d'hommes,
tués par la faim, le froid,
la malpropreté, la saleté,
brisés et affaiblis
parmi les rochers et les précipices;
outre cela
les membres brûlés,
les nerfs raidis par la neige,
les membres desséchés par le froid.
les armes broyées et brisées,
les chevaux boiteux et infirmes.
Vous êtes devant combattre
avec ce cavalier (cette cavalerie),
avec ce fantassin (cette infanterie);
vous avez
les derniers restes des ennemis
non l'ennemi,
et je ne crains rien plus
que les Alpes,
lorsque vous aurez combattu,
ne paraissent

quam ne, cum vos pugnaveritis, Alpes vicisse Hannibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum foederum ruptore duce ac populo deos ipsos sine ulla ope humana committere ac profligare bellum, nos, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.

XLI. » Non vereor ne quis me hæc vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Licuit in Hispaniam, provinciam meam, quo jam profectus eram, cum exercitu ire meo, ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem et Hasdrubalem potius quam Hannibalem hostem et minorem haud dubie molem belli; tamen, cum præterveherer navibus Galliæ oram, ad famam hujus hostis in terram egressus, præmisso equitatu, ad Rhodanum movi castra. Equestri prælio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est, hostem fudi; peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia assequi terra non poteram neque.... regressus ad naves

après le combat qu'Annibal arrivait vaincu déjà par les Alpes. Mais après tout, c'était justice que, pour punir un chef et un peuple infracteurs des traités, la guerre fût commencée et presque décidée par les dieux, en dehors de toute intervention humaine; et que nous, outragés après les dieux, nous n'eussions qu'à terminer la vengeance entreprise et assurée par eux.

XLI. » Je ne crains pas qu'on m'accuse de vous parler avec une superbe confiance pour vous encourager, ayant d'autres sentiments dans le cœur. J'étais libre, en effet, d'aller avec mon armée en Espagne, ma province, pour laquelle j'étais déjà en route. Là, j'aurais trouvé un frère pour s'associer à mes desseins et partager mes périls, Asdrubal pour adversaire au lieu d'Annibal, et une guerre moins difficile assurément. Cependant, lorsque mes vaisseaux côtoyaient la Gaule, apprenant l'arrivée de ces ennemis, je suis descendu à terre, j'ai envoyé en avant la cavalerie, et je me suis dirigé vers le Rhône. Ma cavalerie, la seule partie de mes troupes à qui il ait été donné d'en venir aux mains avec les ennemis, a mis leur cavalerie en déroute. Quant à leur infanterie, comme elle s'éloignait de moi aussi rapidement que si elle eût fui devant un vainqueur, que je ne pouvais l'atteindre par terre, et qu'il n'y

vicisse Hannibalem.
Sed forsitan decuit ita,
deos ipsos
sine ulla ope humana
committere
ac profligare bellum
cum duce ac populo
ruptore foederum,
nos, qui violati sumus
secundum deos,
conficere
commissum ac profligatum.
XLI. « Non vereor
ne quis existimet
me loqui magnifice
causa vestri adhortandi,
ipsum affectum esse animo
aliter.
Licuit ire
cum meo exercitu
in Hispaniam,
meam provinciam
quo jam profectus eram,
ubi haberem
et fratrem
participem consilii
ac socium periculi
et potius Hasdrubalem
quam Hannibalem hostem
et molem belli
haud dubie minorem;
tamen, cum præterveherer
navibus
oram Galliæ,
egressus in terram
ad famam hujus hostis,
equitatu præmisso,
movi castra
ad Rhodanum.
Fudi hostem
prælio equestri,
parte copiarum qua
fortuna conserendi manum
data est;
agmen peditum,
quod agebatur raptim
in modum fugientium
quia non poteram assequi
neque... regressus ad naves
erat.

avoir vaincu Annibal.
Mais peut-être il a convenu ainsi,
les dieux eux-mêmes
sans aucun secours humain
engager
et décider l'issue de la guerre
avec le général et le peuple
infracteur de traités,
nous, qui avons été outragés
après les dieux,
achever
cette guerre une fois engagée et décidée
XLI. « Je ne crains pas
que quelqu'un pense
moi parler magnifiquement
en-vue-de vous exhorter,
moi-même être disposé de cœur
autrement.
Il me fut permis d'aller
avec mon armée
en Espagne,
ma province
où déjà j'étais parti,
où j'aurais
d'un-côté mon frère
comme ayant-part au projet
et *comme* compagnon du danger
d'un-autre-côté plutôt Asdrubal
que Annibal *comme* ennemi
et une difficulté de guerre
non douteusement moindre;
cependant, lorsque j'étais porté
par les navires
le long de la côte de la Gaule,
étant sorti sur terre (ayant débarqué)
au bruit de cet ennemi,
la cavalerie étant envoyée-en-avant
j'ai levé le camp
dans-la-direction-du Rhône.
J'ai taillé-en-pièces l'ennemi
dans un combat de-cavalerie,
partie de *mes* troupes avec laquelle
la fortune d'en venir aux mains
a été accordée;
quant à la troupe des fantassins,
qui s'avancait à-la-hâte
à la manière de gens-qui-fuient
parce que je ne pouvais l'atteindre
ni... un retour vers les navires
n'était.

erat, quanta maxima potui celeritate tanto maris terrarumque circuitu, in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obvius fui. Utrum cum declinarem certamen improvidus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus, lacessere ac trahere ad decernendum? Experiri juvat utrum alios repente Carthaginienses per viginti annos terra ediderit an iidem sint qui ad Ægates pugnaverunt insulas et quos ab Eryce duodevicens denariis æstimatos emisistis, et utrum Hannibal hic sit æmulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et servus populi Romani a patre relictus. Quem nisi Saguntinum scelus agitare, respiceret profecto, si non patriam victam, domum certe patremque et fœdera Hamilcaris scripta manu, qui jussus ab consule nostro præsidium deduxit ab Eryce, qui graves impositas victis Cartha-

avait pas.... moyen de se rembarquer, faisant la plus grande diligence, malgré un si long circuit de terre et de mer, j'ai rencontré au pied des Alpes ce redoutable ennemi. Semble-t-il donc que, évitant le combat, je suis tombé sur nos adversaires sans l'avoir prévu, ou ne l'ai-je pas plutôt suivi à la piste, pour le provoquer et le forcer à combattre? Je suis curieux de voir si, depuis vingt ans, la terre a tout à coup produit des Carthaginois, ou si ce sont les mêmes qui ont combattu aux îles Égates, que vous avez relâchés au mont Éryx en les estimant dix-huit deniers par tête; si cet Annibal est, comme il le proclame, l'émule des voyages d'Hercule, ou s'il est ce que l'a laissé son père, l'esclave, le tributaire placé dans l'entière dépendance du peuple romain. Oui, si son âme n'était pas troublée par les souvenirs de Sagonte, il se rappellerait, sinon l'abaissement de sa patrie, du moins l'abaissement de sa famille, l'humiliation de son père, et les traités signés de la main d'Amilcar, qui, sur l'ordre de notre consul, évacua le mont Éryx, subit en pleurant d'indignation les dures conditions imposées aux Car-

celeritate	avec la rapidité
quanta maxima potui	la plus grande que j'ai pu
circuitu	par un circuit
maris terrarumque	de mer et de terres
tanto,	si-grand,
fui obvius	j'ai été au-devant
huic timendo hosti	à (de) ce redoutable ennemi
prope in radicibus Alpium.	presque aux racines des Alpes
Utrum videor	Est-ce que je parais
incidisse	être tombé sur l'ennemi
improvidus,	n'ayant-pas-prévu,
cum declinarem certamen,	lorsque j'évitais le combat,
an occurrere	ou bien aller-à-la-rencontre
in vestigiis ejus,	sur les traces de celui-ci,
lacessere	le harceler
ac trahere ad decernendum?	et l'entraîner à combattre?
Juvat experiri	Il plaît d'éprouver
utrum terra ediderit repente	si la terre a produit subitement
alios Carthaginienses	d'autres Carthaginois
per viginti annos	pendant vingt ans
an sint iidem	ou-si ils sont les mêmes
qui pugnaverunt	qui combattirent
ad insulas Ægates	aux îles Egates
et quos emisistis ab Eryce	et que vous avez laissés-sortir de l'Éryx
æstimatos	estimés
duodevicens denariis,	à dix-huit deniers,
et utrum Hannibal	et si Annibal
sit hic æmulus	est cet émule
itinerum Herculis,	des chemins d'Hercule,
ut ipse fert,	comme lui-même rapporte,
an relictus a patre	ou bien ayant été laissé par son père
vectigalis	soumis-à-l'impôt-en-nature
stipendiariusque	et soumis-à-l'impôt-en-argent
et servus populi Romani.	et esclave du peuple romain.
Nisi scelus Saguntinum	Et si le crime de-Sagonte
agitaret quem,	ne préoccupait celui-ci,
respiceret profecto,	il regarderait assurément
si non patriam victam,	sinon la patrie vaincue,
certe domum patremque	au-moins sa maison et son père
et fœdera scripta	et les traités écrits
manu Hamilcaris	par la main d'Amilcar
qui jussus	qui ayant reçu-l'ordre
ab nostro consule	de notre consul
deduxit præsidium	fit-sortir la garnison
ab Eryce,	de l'Éryx,
qui fremens mærensque	qui frémissant et attristé
accepit	subit
graves leges	de graves conditions
impositas	imposées
Carthaginiensibus victis,	aux Carthaginois vaincus.

giniensibus leges fremens mærensque accepit, qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est.

» Itaque vos ego, milites, non eo solum animo quo adversus alios hostes soletis pugnare velim, sed cum indignatione quadam atque ira, velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes. Licuit ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum, fame, interficere; licuit victricem classem in Africam trajicere atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere: veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus, tutelæ deinde nostræ duximus, cum Africo bello urgerentur. Pro his impertitis furiosum juvenem sequentes oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis et non pro salute esset certamen! Non de possessione Siciliæ ac Sardinia, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia

thaginois vaincus, prit l'engagement de céder la Sicile et de payer un tribut au peuple romain.

» Aussi, soldats, je voudrais vous voir combattre, non seulement avec l'ardeur qui vous anime d'ordinaire contre les autres ennemis, mais avec indignation et avec colère, comme si vous trouviez vos esclaves saisissant tout à coup des armes contre vous. Nous aurions pu, si nous l'avions voulu, lorsqu'ils étaient emprisonnés sur le mont Éryx, les y laisser périr par le plus cruel des supplices, la faim; nous aurions pu faire passer en Afrique notre flotte victorieuse, et détruire, même sans combattre, Carthage en quelques jours. Nous avons cédé à leurs prières et leur avons fait grâce, nous avons levé le siège, nous avons fait la paix avec des vaincus; enfin, nous les avons pris sous notre sauvegarde quand ils étaient en proie à la guerre d'Afrique. Pour prix de ces bienfaits, ils viennent, à la suite d'un jeune forcené, assiéger notre patrie. Et plutôt aux dieux que notre honneur seul et non pas notre salut fût en question dans ce combat! Ce n'est plus comme naguère pour la possession de la Sicile et de la Sardaigne qu'il faut se battre, mais pour la possession de l'Italie même: et

qui pactus est
decedere Sicilia
qui dare stipendium
populo Romano.
» Itaque ego velim
vos, milites, pugnare
non solum eo animo
quo soletis
adversus alios hostes,
sed
cum quadam indignatione
atque ira,
velut si videatis
vestros servos
ferentes repente arma
contra vos.
Licuit interficere
ultimo supplicio
humanorum,
fame, clausos ad Erycem;
licuit trajicere
in Africam
classem victricem
atque delere Carthaginem
intra paucos dies
sine ullo certamine:
dedimus veniam
precantibus,
emisimus ex obsidione,
fecimus pacem
cum victis,
duximus deinde
nostræ tutelæ,
cum urgerentur
bello Africo.
Pro his impertitis
veniunt oppugnatum
nostram patriam
sequentes
juvenem furiosum.
Atque utinam hoc certamen
esset vobis
pro decore tantum
et non pro salute!
Pugnandum est vobis
non de possessione
Siciliæ ac Sardinia,
de quibus
agebatur quondam,
sed pro Italia.

qui convint
de s'éloigner de la Sicile,
qui convint de donner tribut
au peuple romain.
» C'est pourquoi je voudrais
vous, soldats, combattre
non seulement avec cet esprit
avec lequel vous avez coutume
contre les autres ennemis,
mais
avec une certaine indignation
et une certaine colère,
comme si vous voyiez
vos esclaves
portant subitement les armes
contre vous.
Il nous eût été permis de tuer
par le dernier supplice
des supplices humains, [l'Éryx;
par la faim, les ennemis enfermés à
il nous eût été permis de faire passer
en Afrique
la flotte victorieuse
et de détruire Carthage
en quelques jours
sans aucun combat:
nous avons donné pardon
à eux-qui-priaient, [siège,
nous les avons laissés-échapper du
nous avons fait la paix
avec les vaincus,
nous avons estimé ensuite
eux être de notre protection,
lorsqu'ils étaient pressés
par la guerre africaine.
En-échange-de ces-choses accordées
ils viennent attaquer
notre patrie
suivant
un jeune homme furieux.
Et plutôt-aux-dieux-que ce combat
fût à vous
pour l'honneur seulement
et non pour le salut!
Il est devant être combattu par vous
non concernant la possession
de la Sicile et de la Sardaigne,
au-sujet desquelles
il s'agissait autrefois,
mais pour l'Italie

vobis est pugnandum. Nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat, nec Alpes aliæ sunt, quas dum superant comparari nova possint præsidia; hic est obstandum, milites, velut si ante Romanæ mœnia pugnemus. Unus quisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet; nec domesticas solum agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intuari manus senatum populumque Romanum: qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore. »

XLII. Hæc apud Romanos consul. Hannibal, rebus prius quam verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos montanos victos in medio statuit, armisque Gallicis ante pedes eorum projectis, interrogare interpretem jussit « ecquis, si vinculis levaretur armaque et equum victor acciperet, decertare ferro vellet. » Cum ad

il n'y a pas derrière nous une autre armée qui arrête l'ennemi si la victoire ne nous reste point; pas d'autres Alpes qui le retardent et nous permettent de lever de nouvelles forces. C'est ici même, soldats, qu'il faut arrêter l'ennemi, comme si nous combattons devant les murailles de Rome. Que chacun de vous se persuade qu'il va couvrir de son bouclier, non pas son corps, mais sa femme et ses petits enfants. Et même, qu'il ne songe pas seulement à sa famille: qu'il se dise et se répète que le sénat et le peuple romain ont aujourd'hui les yeux fixés sur nous. De notre énergie et de notre courage va dépendre la fortune de Rome et de l'empire romain. »

XLII. Ainsi parla le consul aux Romains. Annibal crut que les faits mieux que les paroles animeraient ses soldats. Il rangea donc l'armée en cercle comme pour un spectacle, plaça dans l'enceinte des prisonniers montagnards enchaînés, jeta à leurs pieds des armes gauloises, et fit demander par un interprète si, avec promesse pour les vainqueurs d'avoir la liberté, des armes et un cheval, ils voulaient se battre entre eux. Tous sans exception demandant des armes et le combat,

Nec alius exercitus est ab tergo qui, nisi nos vincimus, obsistat hosti, nec aliæ Alpes sunt, quas dum superant, nova præsidia possint comparari; hic est obstandum, milites, velut si pugnemus ante mœnia Romanæ. Unus quisque putet se protegere armis non suum corpus, sed conjugem ac parvos liberos; nec agitet solum curas domesticas, sed identidem reputet hoc animo, senatum populumque Romanum intuari nunc nostras manus: fortunam illius urbis ac imperii Romani fore deinde talem, qualis fuerit nostra vis virtusque. »

XLII. Consul hæc apud Romanos. Hannibal, ratus milites adhortandos rebus prius quam verbis, exercitu circumdato ad spectaculum, statuit in medio montanos captivos victos, armisque Gallicis projectis ante pedes eorum, jussit interpretem interrogare « ecquis vellet decertare ferro, si levaretur vinculis acciperetque victor arma et equum. » Cum omnes ad unum poscerent ferrum pugnamque et sors

Ni une autre armée n'est par derrière qui, si nous ne vainquons pas, résiste à l'ennemi, ni d'autres Alpes ne sont, lesquelles pendant qu'ils traversent, de nouvelles troupes puissent être préparées; ici il est devant-être résisté, soldats, comme si nous combattons devant les murs de Rome. Que chacun pense soi protéger par les armes non son corps, mais son épouse et ses petits enfants; et qu'il n'agite pas seulement les soucis domestiques, mais qu'à plusieurs reprises il songe ceci dans son esprit, le sénat et le peuple romain regarder maintenant nos bras la fortune de cette ville-là et de l'empire romain devoir être ensuite telle, quelle (que) aura été notre force et notre courage. »

XLII. Le consul dit cela devant les Romains. Annibal, persuadé les soldats devoir être exhortés par les faits avant que par les paroles l'armée étant rangée-autour pour un spectacle, plaça au milieu des montagnards captifs enchaînés, et des armes gauloises étant jetées devant les pieds de ceux-ci, il ordonna un interprète interroger « s'il-y-avait-quelqu'un-qui voudrait lutter par le fer, si il était délivré de liens et recevait comme vainqueur des armes et un cheval. » Comme tous jusqu'à un seul (au dernier) demandaient le fer et le combat et comme le sort

unum omnes ferrum pugnamque poscerent et dejecta in id sors esset, se quisque eum optabat quem fortuna in id certamen legeret, cujusque sors exciderat alacer, inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. Ubi vero dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modo condicionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgo ut non vincentium magis quam bene morientium fortuna laudaretur.

XLIII. Cum sic, aliquot spectatis paribus, affectos dimisisset, contione inde advocata ita apud eos locutus fertur : « Si, quem animum in alienæ sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites ; neque enim spectaculum modo illud, sed quædam veluti imago vestræ condicionis erat. Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit : dextra lævaque duo maria claudunt nullam ne ad effugium quidem navem habentes ; circa Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes

on jeta le sort à cet effet, et chacun d'eux souhaitait d'être désigné pour cette épreuve. A mesure que leurs noms étaient appelés, fiers, transportés de joie, au milieu des félicitations de leurs compagnons, ils s'élançaient vers leurs armes, en bondissant selon la coutume de leur pays. Le combat engagé, telle était la disposition des esprits, non seulement parmi les prisonniers, mais parmi les spectateurs, que le succès du vainqueur n'était pas plus admiré que la mort glorieuse du vaincu.

XLIII. Après avoir ainsi frappé l'esprit du soldat par le spectacle de plusieurs luttas, il les congédia, les réunit ensuite de nouveau, et leur parla en ces termes : « Si les sentiments que vous montriez tout à l'heure à propos du sort d'autrui, vous les avez encore quand il s'agira de votre propre sort, la victoire est à nous, soldats. Car c'était plus qu'un spectacle que vous aviez tout à l'heure devant les yeux, c'était l'image même de votre situation ; et je ne sais pas si la fortune ne vous enchaîne pas à une nécessité plus étroite qu'elle ne l'a fait pour vos captifs. A droite et à gauche deux mers vous emprisonnent, et vous n'avez pas même un vaisseau pour fuir ; devant vous est le Pô, le Pô, bien plus large et bien plus violent que le Rhône ; derrière vous est la barrière des Alpes, barrière que

esset dejecta in id, quisque optabat se eum quem fortuna legeret in id certamen, tujusque sors exciderat alacer, exultans gaudio inter gratulantes, capiebat raptim arma cum tripudiis sui moris. Ubi vero dimicarent, habitus animorum is erat vulgo non modo inter homines ejusdem condicionis, sed etiam inter spectantes ut non magis fortuna vincentium quam morientium bene laudaretur.

XLIII. Cum dimisisset affectos sic, aliquot paribus spectatis, contione advocata inde, fertur locutus ita apud eos : « Si habueritis mox in vestra fortuna æstimanda eundem animum quem habuistis paulo ante in exemplo sortis alienæ, vicimus, milites ; neque enim illud erat modo spectaculum, sed veluti quædam imago vestræ condicionis. Ac nescio an fortuna circumdederit vobis vincula majora necessitatesque majores quam vestris captivis : dextra lævaque duo maria claudunt habentes nullam navem ne quidem ad effugium ; circa amnis Padus, Padus major ac violentior Rhodano, Alpes,

avait été jeté pour cela, chacun désirait soi être celui que la fortune choisirait pour cette lutte, et celui duquel le sort était tombé gai, transporté de joie au-milieu de ceux-qui-le-félicitaient prenait à-la-hâte des armes avec les trépignements de son usage (danse nationale). Mais quand ils combattaient, un état des esprits tel était ordinairement non seulement entre les hommes de la même condition, mais encore parmi les spectateurs que non plus (moins) la fortune de ceux-qui-vainquaient que la fortune de ceux-qui-mouraient bien était louée.

XLIII. Comme il eut congédié eux disposés ainsi, quelques paires ayant été vues, l'assemblée étant convoquée ensuite, il est rapporté avoir parlé ainsi devant eux : « Si vous aurez eu (avez) bientôt dans votre fortune devant être appréciée le même esprit que vous eûtes peu auparavant au-sujet-de l'exemple du sort d'autrui, nous avons vaincu, soldats ; car cela n'était pas seulement un spectacle, mais comme une certaine image de votre condition. Et je ne sais pas si la fortune n'a pas mis-autour-de vous des liens plus grands et des nécessités plus grandes qu'autour de vos captifs ; à droite et à gauche deux mers enferment nous n'ayant aucun navire pas même pour la fuite ; autour le fleuve Pô, le Pô plus grand et plus violent que le Rhône, les Alpes,

urgent, vix integris vobis ac vigentibus transitæ Hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurristis. Et eadem fortuna, quæ necessitatem pugnandi imposuit, præmia vobis ea victoribus proponit quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam, parentibus nostris ereptas, nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla prætia essent : quicquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne vestrum cum ipsis dominis futurum est ; in hanc tam opimam mercedem, agitedum, diis bene juvantibus arma capite. Satis adhuc in vastis Lusitanæ Celtiberiæque montibus pecora consecrando nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis : tempus est jam opulenta vos ac ditia stipendia facere et magna operæ prætia mereri, tantum itineris per tot montes fluminaque et tot

vous n'avez franchie qu'à grand'peine lorsque l'armée était complète et qu'elle n'avait rien perdu de ses forces. Il vous faut vaincre ou mourir à l'endroit où vous rencontrez l'ennemi. Mais si le destin vous impose la nécessité de combattre, en retour, il vous réserve, si vous êtes vainqueurs, des récompenses telles que les hommes n'osent pas même en demander de semblables aux dieux immortels. Si, par notre courage, nous devons seulement reconquérir la Sicile et la Sardaigne enlevées à nos pères, ce serait déjà un magnifique résultat. Mais tous les trésors que les Romains ont acquis et accumulés par tant de triomphes, ils seront à vous en même temps que leurs possesseurs mêmes. En vue d'une si riche récompense, marchez ! les dieux sont pour vous, prenez les armes ! Assez longtemps, dans les montagnes désertes de la Lusitanie et de la Celtibérie, vous avez poursuivi des troupeaux, sans le moindre dédommagement de tant de fatigues et de tant de dangers : il est temps que vos services soient largement et richement payés, que vous recueillez le digne prix de vos peines, vous qui avez parcouru un tel chemin au milieu de tant de montagnes, de tant de fleuves

transitæ vix vobis integris ac vigentibus nos urgent ab tergo. Est vincendum aut moriendum, milites, hic ubi occurristis primum hosti. Et eadem fortuna, quæ imposuit necessitatem pugnandi, proponit vobis victoribus præmia ea quibus ampliora homines solent optare ne quidem ab diis immortalibus. Si essemus recuperaturi nostra virtute Siciliam tantum ac Sardiniam, ereptas nostris parentibus, tamen prætia essent satis ampla. quicquid Romani possident partum congestumque tot triumphis, omne id est futurum vestrum cum dominis ipsis ; agitedum, capite arma in hanc mercedem tam opimam, diis juvantibus bene Satis adhuc consecrando pecora in montibus vastis Lusitanæ Celtiberiæque vidistis nullum emolumentum tot vestrorum laborum periculorumque : est tempus vos facere jam stipendia opulenta ac ditia et mereri magna prætia operæ, omensos tantum itineris per tot montes fluminaque et tot gentes armatas.

[bus, traversées avec-peine vous étant entiers et vigoureux, nous pressent par derrière. Il est devant être vaincu ou il faut-mourir, soldats, là où vous rencontrâtes pour-la-première-fois l'ennemi. Et la même fortune, qui a imposé la nécessité de combattre, propose à vous vainqueurs des récompenses telles que lesquelles plus grandes les hommes n'ont-coutume de souhaiter pas même de-la-part des dieux immortels. Si nous étions devant recouvrer par notre valeur la Sicile seulement et la Sardaigne, enlevées à nos pères, cependant les prix seraient assez importants : tout-ce-que les Romains possèdent acquis et amassé par tant de triomphes, tout cela est devant être votre avec les possesseurs eux-mêmes ; allez prenez les armes en-vue-de cette récompense si riche, les dieux secondant bien. Assez jusqu'ici en poursuivant les troupeaux dans les montagnes désertes de la Lusitanie et de la Celtibérie vous n'avez vu aucun profit de tant de vos fatigues et de vos dangers : il est temps vous faire déjà des campagnes opulentes et riches et mériter de grandes récompenses de travail, ayant parcouru tant de route à-travers tant de montagnes et de fleuves et tant de nations armées.

